

„ tum & honorem Ecclesiæ beati Marci bona fide
„ & sine fraude conservare, & postea Primicerius,
„ vel major Capellanus investiat illum cum vexil-
„ lo, quo accepto palatium ascendit.

„ Ipse vero Dux dare dedet Capellanis pro suo
„ introitu libras venetas viginti quinque ad grossos.

„ Et si Capellani iverint ad Ducricem prius-
„ quam veniat in palatium, & laudes ei cantave-
„ rint, tunc ductrix pro remuneratione libras Ve-
„ netas viginti quinque ad grossos eis persolvere
„ debet. Cum vero ipsa ad palatium venerit, de-
„ bet offerre supra altare S. Marci alias libras Ve-
„ netas ad grossos.

„ Pro throno in quo sedet Dux in Ecclesia de-
„ bet dare libras decem Venetas ad grossos.

„ In primo anno sui Ducatus in Vigilia nativi-
„ tatis Domini cum Capellani venerint ad Ducem
„ & suffos cantaverint, tunc Dux debet eis dare
„ libras Veneciarum decem ad grossos.

„ Similiter & in Cœna Domini cum Mandatum
„ celebratur, debet eis dare libras Venetas decem
„ ad grossos.

„ Postea vero singulis annis in vigilia nativita-
„ tis Domini soldos venetos viginti quinque ad
„ grossos.

„ In cœna Domini similiter soldos venetos vi-
„ ginti quinque ad grossos.

„ Quandocumque autem Missa cantatur cum
„ Diacono & Subdiacono, sive in quadragesima
„ sive extra quadragesimam, invitati debent pran-
„ dere cum Domino Duce.

„ Comuniter autem omnes Capellanos ad pran-
„ dium debet invitare, *In Dominica Adventus,* =